



J. N. J.  
CAPVT I.

*Nomen, Historiam, Structuram,  
& Varietatem Barometro-  
rum sistit.*

§. I.



Xercuere hucusque doctorum ingenia mirandi Barometrorum effectus, plusque difficultatis alunt quam præ se ferunt prima fronte. Vnde post tot celeberrimorum Virorum labores, semper adhuc aliquod spicilegium videtur relictum; ut adeo nihil obstet, quo minus nostra quoque cura circa has occupetur delicias. Sive quis Instrumentum hoc *Baroscopium* cum *Georgio Sinclaro in Arte Nova Grav: & Levit. Lib. I. Dialog. 2. num. 1.* sive, quod frequentius, *Barometrum*, sive etiam, quod maxime solenne erat antequam innotuit genuinus Machinæ usus, cum aliis *Tubum Torricellianum*, dixerit, perinde erit. Uti enim priora duo nomino a βάρος & σκοπέω, vel μέτρον, deducenda, scopum Instrumenti indigitant, quod

Ggg

gra-